Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

nis. et postea clamauerunt
ad dnm qui suscitauit eis
saluatorem vocabulo aoth
in datum filium gera filii ge-
mini qui vtraque manu vte-
bat pro dextera. Miseruntque
filii isrl per illum munera eglon
regi moab. qui fecit sibi
gladium ancipitem habentem in
medio capulum longitudinis
palme manus. et accinctus
est eo subter sagum in dexte-
ro femore. obtulitque mu-
nera eglon regi moab.
Erat autem eglon crassus ni-
mis. Cumque obtulisset ei
munera, prosecutus est socios
qui cum eo venerant. et re-
uersus de galgalis vbi e-
rant idola. Dixitque ad regem
Verbum secretum habeo ad te
o rex. Et ille imperauit sile-
ntium. Egressisque omnibus qui
circa eum erant, ingressus est
aoth ad eum. Sedebat autem
in estiuo cenaculo solus. Dix-
itque. Verbum dni habeo ad te.
Qui statim surrexit de
throno. extenditque aoth
manum sinistram. et tulit si-
cam de dextro femore suo.
infixitque eam in ventrem eius
tam valide, vt capulus fer-
rum sequeretur in vulnere. ac
pinguissimo adipe stringeretur.
Nec eduxit gladium sed ita
vt percusserat reliquid in cor-
pore. Statimque per secreta
nature alui stercora pro ru-
perunt. Aoth autem clausis
diligentissime ostiis cena-
culi et obfirmatis sera
posticum egressus est. Ser-
uique ingressi viderunt clau-
sas fores cenaculi atque dixe-
runt. Forsitan purgat aluum
in estiuo cubiculo. Expecta-
tesque diu donec erubesce-
rent. et videntes quod nullus
aperiret, tulerunt clauem et
aperientes inuenerunt dnm
suum mortuum iacentem in terra.
Aoth autem dum illi turbarentur
effugit. et pertransiit locum ydo-
lorum vnde reuersus fuerat.
Venitque in seirath. et statim
insonuit buccina in monte
effraim. Descenderuntque cum
eo filii isrl. ipso in fronte pre-
cedente. Qui dixit ad eos.
Sequimini me. Tradidit
enim dns inimicos nostros
moabitas in manus nostras.
Descenderuntque post eum. et
occupauerunt vada iordanis
que transmittunt in moab. et
non dimiserunt transire quemquam.
sed percusserunt moabitas in
tempore illo circiter x milia. omnes
robustos et fortes viros.
Nullus eorum euadere potuit.
Humiliatusque est moab de
illo sub manu isrl. et quie-
uit terra octoginta annis.
Post hunc fuit samgar filius
anath qui percussit de phi-
listiim sexcentos viros vo-
mere. et ipse quoque defen-
dit isrl. Capitulum quartum

Addideruntque filii
isrl facere malum
in conspectu dni post
mortem aoth. et tradidit
illos dns in manus iabin re-
gis chanaan qui regna-
uit in asor. Habuitque du-
cem exercitus sui nomine si-
saram. Ipse autem habitabat in